

*Don't in
Med. V.
Oct. in. 1689.*

5
Z

DISQVISITIO
DE
HYDROCEPHALO
INTERNO.

QVAM LOCO
DISPVATIONIS INAVGVRALIS MEDICAE
PRAESIDE
PHIL. FRID. MECKEL,

PROF. MED. ET ANAT. ORDIN.
CIRCULI SALICI ET COMITATUS
MANSFELD. PHYSICO ETC.

DIE XIX. FEBR. MDCCXCIII.

PVBLCICE DEFENDET
ANDREAS SCHELLER,
HELVETO - LENZBURGENSIS.

HALAE,
TYPIS IO. CHRISTIAN. HENDELII.

(1793)

DISQUISITIO
DE
HYDROCEPHALO
INTERNO.

Ex
Bibliotheca
Reg. Univers.
Vratisl.

Handwritten circular stamp
Bibliothek
Landesbibliothek
Sachsen-Anhalt
Magdeburg

VIRIS

CELEBERRIMIS, DOCTISSIMIS, EXPERIENTISSIMIS

DOMINO

IOANNI HENRICO
RAHN,

MED. DOCT. PHYS. ET MATHES. PROF. ORD.

CANONICO COLLEGII CAROLINI TVRICENSIS,

PRAES. SOC. MED. ET CHIRVRG. PER HELVET.

CORRESP.

COMITI PALAT.

VIRIS

CELEBRATIONIS DOCTISSIMI EXPERIMENTUM

DOMINO

IOANNI HENRICO

R A H N

MED. DOCT. ET MATH. PRÆF. ORD.

CANTONIS GENEVE, ACADEMIÆ TURICENSIS,

PRÆF. SOC. REG. ET CANTONIS PRÆF. HUBERT.

CORRIG.

COMITI BAVAR.

PI

M

CIR

PA

P



E T

DOMINO
PHILIPPO FRIDERICO
MECKEL,

M. D. ET PROF. PVBL. ORDIN. IN ACAD.

FRIDER.

INSTIT. REG. CLIN. CHIRVRG. DIRECT.

CIRCVL. SALIC. ET COMITAT. MANS-
FELD. PHYSICO.

PATRONIS AC PRAECEPTORIBVS .

PIE VSQVE AD CINERES VENERANDIS,

PHILIPPO FRIDERICO
MECKEL

M. D. ET REG. PUBL. ORN. IN ACAD.
PHILIPPO

PHILIPPO REG. GEN. CIVILIS DIR. GEN.

PHILIPPO REG. GEN. ET COM. GEN. HALL.

PATRONUS AC PRAEFECTUS

PHILIPPO REG. GEN. CIVILIS DIR. GEN.

NEC NON

VIRO

CELEBERRIMO, DOCTISSIMO, EXPERIENTISSIMO

DOMINO
RENGGER,

MED. DOCT. BERNENSI.

PATRONO
PER OMNEM VITAM
SVMMOPERE COLENDO

HASCE
PRIMITIAS SACRAS
VVLT, ET OFFERT

A V C T O R.

DEE NON

VIRO

EXPERIENSIA DOCTRINA EXPERIENTISSIMO

DOMINO

R B N G E R

MDCCCXXXIII

P A T R O N O

PER OMNEM VITAM

SAMMOPTERE COLENDO

HABEE

PRIMITIAS SACRAS

VOBIS ET OFFERT

A L T O R



DISQVISITIO
DE
HYDROCEPHALO INTERNO.

De objecto scribo, quod sua natura obscu-
rum atque dubium est, cujusque indagatio multis pre-
mitur difficultatibus, ut quaeque res, quae sensibus
minus patet, de Hydrocephalo interno. Mox
enim ad ejus praesentiam tantum ex quibusdam ob-
viis phaenomenis concluderunt medici, quae revera
et aliis, quam Hydrocephalo interno debetur cau-
sis; mox ex accumulatione humoris aequali aut fe-
rosi in cavitatibus cerebri, post institutam defuncto-
rum sectionem, istum morbum et in vita jam ad-
fuisse atque phaenomenorum morbosorum, nec
non mortis ipsius causam continuasse contenderunt;
cum tamen et accumulatio feri in ventriculis cere-
bri perinde ac mors ipsa effectus alius cujusdam
causae esse potuerit; alii, qui ex notione Hydro-

A

pis

pis in vniversum sumpti signa atque symptomata derivarunt, atque ea, quae quam maxime in sensu cadunt, vt e. g. extensionem capitis, volumen auctum, memorarunt, atque pro signis characteristicis atque essentialibus morbi nostri protulerunt; cum tamen facile intelligitur, multa et maximi momenti phaenomena ex sola humoris aquosi accumulatione in parte quae tantam vim in totam corporis animalis oeconomiam exercet, succedere debere et vice versa ab eadem causam, cui ista effusio humoris ferrosi debetur, plura produci posse.

Quibus rationibus commotus, in me suscepti de hac re accuratius differere in hacce dissertatione inaugurali; nec inutile quid suscepisse credo, si huius rei noua quadam ratione indagacionem instituo. Liceat nempe pro tempore ab iis, quae hucusque pro signis morbi nostri diagnosticis habuerunt medici, symptomatibus recedere, et potius contra, ex notione morbi ipsius et causis necessario obuias et phaenomena, quae ex causis accumulationis feri in ventriculis cerebri, et ex accumulatione feri ipsa promanant, derivare. Si enim de Hydrocephalo ejusque symptomatibus sermo est, non aliorum morborum symptomata scire cupimus.

Notio

Notio itaque morbi nostri prae omnibus determinanda est. Queritur itaque quid sit Hydrocephalus internus? Notio complicata est ex affectu quodam, et loco, quo obvenit — itaque Hydrops in capitis interna cavitate. Quid in Hydrope animadvertitur? fluidum serosum praeter naturam majore in copia praefens — itaque accumulatio humoris serosi in qualicunque parte obvia. Quod si nunc hancce referas ad encephalon, notionem morbi, de quo hic sermo est, habebis. Haec accumulatio ferè nunc phaenomenis se prodit aut sua symptomata producit; at ea ipsa, symptomata sive effectus causae cujusdam sint, necesse est; quae itidem et alia genere valebit symptomata. Qua ex causa placet, in causas hujus morbi praeprimis inquirere, quam ad rem et eo magis commovimur, quia sedes hujus morbi non sensibus patet. *Accumulatio humoris serosi in excephalo igitur causa Hydrocephali interni quam proxima est, uti simul morbum ipsum efficit.*

Queritur itaque, unde haec accumulatio humoris serosi exoriatur? dantur tantummodo tres causae proximiores. Quicumque humor in vasis quibusdam vehitur et circulat; et si humor quidam in hoc illudve corporis cavum deponitur, quod excretioni dicatum non est, vasa quaedam existunt quae recipiunt atque revehunt — quamobrem si humor

quilibet praeter naturam magna in copia in quocunque loco accumulatur, neesse est, vt

- 1) vasa advehentia humorem, quem vehunt, majori in quantitate advehant - affluxus praeter naturam major - quo in casu vasa revehentia naturali in statu perseverare possunt, aut vt
- 2) vasa revehentia minore in quantitate humorem, quem vasa advehentia attulere, revehant - refluxus praeter naturam imminutus - quo in casu vasa advehentia in statu naturali esse possunt - aut vt
- 3) vtrumque vitium simul accidat - affluxus praeternaturam auctus - et refluxus praeter naturam imminutus.

Quaeritur vnde circulus humorum in vniversum et feri et lymphae in specie dependeat? in vasis contenti vt circumvehantur, neesse est vt adsit justum lumen vasorum, quod humores permeare valent, et vis quaedam vasorum, qua humor promovetur, sed et humorum ipsorum quaedam conditio requisita, ad eos promovendos - ea nempe, qua apti sunt, per vasa circulari. In statu naturali itaque motus humorum dependet ab actione vasorum, iusto eorum lumine et humorum ipsorum iusta relatione ad vasa.

vasa. Si itaque actio vasorum augetur, necesse est, ut et motus augeatur – porro – si motus humorum in vasis quibusdam ab actione aliorum vasorum – e. g. majorum truncorum vasorum, aut cordis simul determinatur, motus et in vasis debilitatis, et laxis inaugeri poterit, si qua causa adest, quae majorem humorum copiam ad partem quandam debilem et laxam appellat. Porro humorum nimia tenuitas causam suppeditat, majoris affluxus eorum ad partem quamcunque et effusioni inprimis favet. Sunt itaque tres causae, quae majoris humorum ad partem quamdam affluxus rationem praebent;

- 1) nimia actio vasorum ipsorum quibus humor vehitur
- 2) debilitas et laxitas partialis actione vasorum reliquorum bona aut quinimo excitata
- 3) nimia humorum tenuitas

Indagandae sunt causae remotiores, quae has modo memoratas inducere valent. Quoad Imam quicquid vasa majorem in activitatem vocat, absque eorum luminum imminutione causam remotiorem, huc pertinentem sistit – itaque omnia irritantia quae multiplicis indolis atque originis esse possunt – mechanica, physica, chemica et nervosa. Nostro vero in casu potissimum idiopathica et consensualia memoratu

ratu digna sunt - partialia et univetsalia - potissimum vero partialia hujus loci erunt - sic irritamenta viarum primarum, vermes, faburra, acrimoniae aliaque; sic dentitio, sic porro irritamenta nervosa, peculiaria, quae in peculiari quadam subjecti constitutione rationem sistant - intermissio aut suppressio aliarum se- et- excretionum per cutem e. g. in scarlatina. Quoad *Illam* iudem quiddam laxitatem et debilitatem istis vasis conciliat, pro causa remotiori habendum est. Virium itaque imminutio topica adest, nunc quaeritur, quibus causis inducatur haec? Quae quaestio hocce in casu difficilius decernitur; intensio virium debilitatem, intensio solidorum nimia laxitatem inducit - igitur frequens et nimia actio et laceffita vasorum actio nimia et nimis frequens repletio vasorum ab humoribus, itaque creber affluxus auctus - istud vitium topicum inducere valent. Sed et primaria, et constitutionalis esse potest ista debilitas et laxitas vasorum topica, quod revera in nostro morbo saepe accidit. Nam satis inter medicos nota est capitis infantum debilitas. Quodsi huic debilitati topicae simul causa quaedam irritans in reliquo systemate vasorum accedit, facile intelligitur, et facilius affluxum humorum nimium eo determinari posse et debere.

An nimia humorum tenuitas occurrat absque vitio quodam solidorum et virium, et, si occurrat,

an

an sola et absque conjunctione vnus alteriusve causae memoratae nimiam humorum vim ad partem quandam producere possit?

Disruptio vaforum huc itidem referenda est.

Causa altera proximior accumulationis humoris, impeditus aut imminutus ejus reflexus, consideranda nunc venit. Antea tamen adnotare liceat peculiarem conditionem partis, quae nostro morbo sedem praebet. Cavum cranii replet encephalon – atque in hoc cavo effusio, aut accumulatio serosi humoris deprehenditur – quaestio itaque est: an in statu naturali humor quidam deponatur in hoc cavum? exhaletur exemp. g. et, si hoc ita se habet, an vasa existant, quae humorem exhalatum depositumque reforbeant atque revehant. Sed dantur, ergo omnino culpanda veniunt ista vasa, quando humor naturali in copia effusus, exhalatusque non recipitur atque devehitur ad loca destinata. Hinc causae remotiores indagandae sunt, quae horum vaforum justam actionem impediunt. Ex conditionibus ad motum humorum in statu naturali necessariis, sat cuique notis atque supra memoratis apparet – *imminutionem* luminis infra gradum naturalem, *debilitatem virium* motricium et humorum vehendorum nimiam spissitudinem, causas huiusmodi sistere. Singulas perferutari nunc liceat.

Vnde

Vnde igitur luminis vasorum imminutio? — duplicis originis est: aut ab actione nimia vasorum, ita ut ea occludantur — spasmis — aut a comprimente quadam causa? quae causa comprimens in loco ipso affecto haereat minime necesse est; remotiori loco, in protractu nempe vasorum lymphaticorum ad fontem communem, puta ductum thoracicum — aequè bene haerebit. Nimia vasorum actio, aut spasmodica, agnoscit causas, quas antea circa primam causam accumulationis feri proximiorē exposui — irritantes quo et actiones systematis nervosi ex peculiari constitutione proficiscentes pertinent, De reliquis valent, quae jam supra dicta sunt.

Causa tertia proximior, composita ex duabus prioribus, duabus prioribus itidem exponitur — eaque cum jam singula quaeque per se accumulationem humoris ferosi praeternaturalem producere valet, eo facilius eam inducere valebit.

Corollaria quaedam ex his praemissis deducere liceat. In omnibus tribus causis proximioribus actio nimia vasorum, laxitas atque debilitas, et humorum nimia spissitudo, aut nimia tenuitas obvenerunt, Exinde praedispositionem et proclivitatem subjectorum ad morbum, qui, hic tractatur, deducendam esse patet. Inclinantur itaque ad eum potissimum sub-

— o —

9

subjecta constitutionis sic dictae tenerioris — irritabilia nimisque sensibilia. Infantes itaque vivaciores — subjecta, quae affluxui humorum nimio versus caput obnoxia sunt; quae vermibus vexantur, dentitione difficili laborantia, debilitate topica capitis internarum partium affecta et s. p. Porro ex hac causarum determinatione sequitur, cum accumulatione feri in encephalo, certe in quibusdam casibus, atque in initio, simul affluxum sanguinis et actionem nimiam vasorum sanguiferorum conjunctam esse posse. Non minus ratio patet, cur symptomata in morbo nostro obvia observata non in omnibus subjectis eadem esse possint. Et ex hoc complexu causarum et productarum, nempe accumulationis feri in cerebro quoque phaenomena morbi deducenda erunt. Intelligitur quoque, et adultos et senes huic morbo obnoxios subinde esse posse, neque ratio obscura est cur chronice subinde decurrat; quam chronicam hujus morbi naturam aut a lenta causae, quae accumulationem feri inducit, operatione, aut quoque constitutione aegri minus sensibili atque irritabili causari patet.

Liceat nunc phaenomena exponere. Cum vero causae, quae accumulationem fluidi serosi induxerunt, praeter hunc effectum certo etiam alia simul edunt phaenomena, quae vna cum symptomatibus

tibus ab effusione fluidi phaenomena demum morbi absolvunt; non alienum erit, istas causarum effectus simul et antea exponere; differunt vero pro differentia causae, quae in culpa est. Ex variis supra recensitis, aliquas tantum eligere et seorsim considerare volumus, quae simul quoque ad constitutionem aegri spectant.

- 1) Actio praeter naturam aucta vasorum capitis, quae irritationem aut topicam aut consensualem ponit, atque praesentiam majoris quam par est, fluidorum copiae inducit aut jamjam induxit, quaeque simul in vasis sanguiferis locum habere potest, jam exinde dolor capitis, calor exoritur et pro varia irritamenti sede et indole, alia quoque symptomata.
- a) Vermes in primis viis, si in culpa sunt, varia pathemata, dolores, nauseam, vomitus, spasmos intestinorum, ideoque alvum obstructam, dolorem capitis, convulsiones in artubus, et dilatationem pupillae, pruritus narium in universum phaenomena irritationis et debilitatis efficiunt.
- b) Sordes in primis viis haerentes iidem suos edent effectus.

c) Den.

c) *Dentitio* difficilis plura quae in Hydrocephalo interno occurrunt, symptomata producet,

2) Debilitas et laxitas vasorum cerebri, quo vitio praesente, si motus humorum in caeteris corporis vasis et quoque in majoribus truncis eorundem vasorum, quorum extremi fines debilitati ac laxi sunt, excitatur — itidem antequam Hydrocephalus internus enascitur, varia phaenomena morbosa excitabit — si vero haec laxitas tantum in vasis quae resorptioni ac reductioni humoris qui in statu naturali in cavum exhaletur dicata sunt, tunc phaenomena ab accumulatione feri incipiunt.

3) Compressio vasorum resorbentium atque revehentium pro varia causa, quae in culpa est, varia proferet symptomata — sic tumores, exerescentiae, quae truncos vasorum revehentium comprimunt, si in cerebro ipso latent, premendo phaenomena producent. Quae vero in decursu istorum vasorum a capite ad ductum thoracicum sitae sunt, causae comprimentes, forsitan nulla quae huc pertinent symptomata praeter accumulationem ferorum humorum — id est Hydrocephalum internum edunt.

Sic

Sic quoque alii cerebri morbi Hydrocephalum internum inducere possunt, quorum itaque symptomata effusioni feri et antecedere posse, et cum ea simul praesto adhuc esse posse intelligis. Sic e. g. quasi explosio virium vitalium, aut praeternaturalis virium vitalium efficacia in cerebro istud productum edere potest.

Nunc ad symptomata, quae ab accumulatione feri in ventriculis cerebri praepremis obvia proficiscuntur, exponenda progredimur. Hic annotare oportet, hanc phaenomenorum expositionem, propter ignorantiam, qua hucusque tenemur, conditionis ac legum virium vitalium atque imperii, quod cerebrum in hanc illamve corporis partem plus minus exercet, multis premi difficultatibus. Quae ex nota efficacia prementis atque irritantis cuiusdam causae in cerebrum et inde in corpus reliquum proficiscuntur, symptomata cum iis, quae in subjectis, quorum sectio accumulationem humoris in cerebro commonstravit, comparare atque tali modo huic morbo summam, quam possimus, verosimilitudinem et certitudinem conciliare conabimur.

A cerebro sensus in . et externi, sensatio, motus, omnes in vniuersum functiones dependent, aut certe non absque cerebri integritate vigere possunt. Si itaque in cerebrum irritamentum quoddam agit, necesse esse videtur, vt omnis functio, quae inde depen-

dependet, ab hoc irritamento in cerebrum agente mutationem quandam experiatur. Plerumque talia phaenomena, certe sub initio efficaciae istius irritamenti in cerebrum, exoriuntur, quae irritationi debentur — phaenomena actionis virium vitalium excitatae, auctae. Temporis progressu vero phaenomena debilitatarum et exhaustarum virium vitalium proveniunt. Si igitur haec symptomata per omnes functiones corporis vivi recensentes; schema aut conspectum eorum habebis, quae omnino gradu inter se different, prout nempe irritamentum in majori minorive intensitate in cerebrum agit — itaque sensibilitatis et irritabilitatis auctae phaenomena — inquietudo, deliria, visus nimis acutus, dolores, spasmi, convulsiones etc. quibus tamen simul debilitatis in hac illave oeconomiae corporis animalis parte phaenomena accedere possunt, neque minus causa nostri morbi, serum effusum, in partem hanc illamve cerebri eodem tempore premendo agere valet, ideoque symptomata suppressionis virium vitalium in hac illave functione corporis producere. Symptomata, quae ex suppressione virium ex parte proficiuntur, illis ab irritatione virium adjungendae erunt. Somnolentia, Sopor, stupiditas, paralyfes, dilatatio pupillae.

Ex quibus componendus esset complexus omnium morbi nostri phaenomenorum.

Atque

Atque cum actionem virium vitalium nimis laeessitam debilitas, uti tensionem solidorum minimam relaxatio insequitur; divisio quam *cel WHYTT* sistit, hujus morbi in plures periodos non omnino ratione caret. Quamobrem liceat, *cl. WHYTT* sequendo tres periodos hujus morbi statuere atque phaenomena hoc modo in medium proferre.

Quoad functiones animales

Imae periodi - morositas, inquietudo, somnolentia, coma, lethargus -

oculi lucis insensibiles, convulsiones bulbi oculorum, pupillae dilatatio; motus iridis tremulus, dolor in capite plerumque fixus aut in fronte aut occipite - dolores in brachiis, pedibus, potissimum *nucha*, dentium fremitus, pruritus in naribus.

Quoad functiones vitales

pulsus est frequentissimus, ita ut saepe centies, centies et vigesies, quinimo quadrigesies uno minuto percipiatur, debilis, demissus, - palpitatio cordis, respiratio frequens, debilis; febris.

Quoad functiones naturales.

Nausea, vomituritio, vomitus ipsi, appetitus imminutus, alvus plerumque obstructa, neque

que facile ope remediorum solvenda; interdum tamen diarrhoea, quo in casu excrementa viridia et foetida - vrina naturalis, quando quidem tamen sedimentum album deponens, et nimis copiosa.

Quoad qualitates sic dictas sensibiles Color superficiei palliens

IIdae period. WHYTTII

Circa funct. animales, supra recensita partim atrescunt. Somnolentia, léthargus, phantasmata, delirium, propter quod dolor capitis non amplius adeo vehemens apparet. Attamen aegri manus admovent ad caput. Convulsiones, in partibus singulis paralyfis aut certe magnae debilitatis sensus, in vno major, quam in altero latere. Fremitus dentium.

- Functiones vitales

Pulsus *tardus* et *irregularis* plerumque dies decem ante mortem, octoque dies perdurans.

Respiratio laboriosa, ejulatus atque suspiria efferuntur.

Circa functiones naturales -

Symptomata organorum digestricium sub fine hujus periodi subinde imminuuntur -

Circa

Circa qualitates sic dictas sensibiles.

Rubor cum pallore in facie alternat, totum corpus sudore suffunditur.

In hac morbi periodo subinde quoque vermes et potissimum lumbrici eliminantur.

Excrementa foetida, subviridia, vrina subinde pellucida, plerumque tamen intense colorata.

III^{ta} periodus incipit *pulsu* denuo *celeri* et debili, *subito* incedit haec periodus, atque plerumque dies duos ante mortem durat.

Nunc somnolentia in lethargum transit, delirium perdurat, ejulatus aut verba imperceptibilia proferuntur, aeger audit adhuc, at loquela deficit. Iris magis magisque dilatatur, retinae insensibilitas, vt in amaurosi incipiente, iris oscillationem convulsivam patitur, quando a candelae irritatione requiescit; bulbus perpetuo convellitur, palpebrarum vna ocluditur, altera aperta adhuc; cornea sicca, viscida crusta obducta, sclerotica subinde inflammatur. Musculi faciei et maxillae convulsionibus corripiuntur, dentes concluduntur sicuti in trismo.

In

In manibus atque pedibus itidem convulsiones, attamen vnius tantum lateris, dum alterum latus paralysis corripit.

Paralysis oesophagi, deglutitio sublata; nares exsiccantur mucoque obducuntur; lingua antea humida pura, nunc sicca, crusta tenaci et nigra obducitur, vt in febribus malignis; dentes nigri, halitus oris foetèt; aut si in initio morbi hic mali odoris fuerit, nunc ejus foetor increfcit. Vomitus redit, aut augefcit; ventriculus, hypochondria intumescunt - dolores in intestinis, diarrhoea. Seccessus alvi viridescentes, viscidi, foetidi.

Vrina stagnat; omnes secretiones perturbantur.

Calor vrens subinde; et ficcitas; modo vero sudore diffuit aeger.

Os subinde mucosa et spumosa saliva repletur vti in epilepsia; magna siti patitur aegrotus, multum et auide bibit.

Extremitates pallidae et lividescentes, respiratio convulsiva, magnis intervallis rediens.

Tetanus, convulsiones - *apoplexia*, quam *ferosam* dicunt medici.

Subjectis, quorum cadaverum sectiones accumulationem feri in cerebro monstrarunt, ante mor-

tem multa hujusmodi symptomata fuisse, apud autores invenimus.

Liceat nunc symptomata, quae huic nostro morbo competunt, comparare cum iis, quae in aliis morbis percipiuntur.

Omnia ejus indolis sunt, ut a causa quadam irritante atque comprimente in irritabilem et dein debilem aegrotum agente derivare possis. Sic itaque morbi, qui itidem a causa irritante, quae in irritabilem aut statim ab initio morbi debilem, aegrotum agit, proficiscuntur, respectu symptomatum uti naturae affectus, similitudinem cum Hydrocephalo interno quandam ostendent. Hujusmodi sunt, qui a vermibus proficiscuntur. Huic morbo a vermibus profecto omnino plura phaenomena in Hydrocephalo interno obvenientia, competunt, puta dolorem capitis, inquietudinem, dilatationem pupillae, pruritus in naribus, phaenomena irritationis functionum vitalium, pulsum frequentem, subinde irregularem, febrem — respirationem celerem, palpitationem cordis, dolores extremitatum, convulsiones in organis digestionis; nauseam, vomituritionem, vomitus, dolores colicos — alvum subinde obstructam et sic p. Denique quinimo vermes Hydrocephalum internum inducere possunt. Attamen aliqua interest diversitas inter haec morborum symptomata

tomata — dolor capitis a vermibus minus constans et perpetuus et loco adstrictus est, quam in nostro morbo. In Hydrocephalo interno — calor et siccitas cutis major est, et quasi inversa ratione cum pulsu observatur. Nam quo magis pulsus demissus atque tardus, et eo major calor et siccitas.

Inclinatio capitis ad unum latus, in quo nempe effusus humor sedet, in vermibus deerit.

Porro convulsiones in extremitatibus atque dolores minus frequenter occurrere in nostro morbo, quam in vermibus ferunt; denique in vermibus dejectiones alvinae mucosae, quae in Hydroceph. minus observantur. At perspicitur, has et in Hydrocephalo interno ex praegressa intestinorum conditione omnino quoque accidere posse. Denique salutarem effectum remediorum anthelminticorum pro signo alicujus momenti habere potes. Etenim si nullum aut minus, quam exspectare licet pro re nata, levamen aegris ferunt remedia anthelmintica, Hydrocephalum internum suspicari omni jure licebit. Respectu aetatis atque constitutionis magis conveniunt hi morbi ambo, quam discrepant. Si itaque diagnosin constituere oportet; *dolor perpetuus, simul premens in capite, obnubilatio earum functionum, quae animae tribuuntur;* morositas, coma

coma, iridis motus tremulus, candela incensa admota, *major calor*, atque *siccitas cutis*, quam pro pulsus conditione expectari potest, *inclinatio capitis ad unum latus*, *admotio manuum aegrorum versus caput*, cum complexu reliquorum symptomatum, atque *deficiente successu remediorum antihelminthicorum* ad diagnosin constituendam juvabunt. Antequam ad prognosin progredimur, addere liceat, non omnia ista phaenomena in omni Hydroceph. interno occurrere; id quod observationes quaedam comprobant. Exstant quoque casus singuli, in quibus ne symptomatum essentialium unum quidem praesto fuisse demonstratur.

Quoad *prognosin* - ea in univ. pessima - nam plurimi miseri eo pereunt, ita ut *Odier* relationem inter repositos et defunctos, ut 1: 4. sistat. Attamen cum quaedam existent exempla aegrorum, qui in statum sanitatis ope remediorum repositi sunt, forsan futuro tempore medela magis exulta, morbus noster minus lethalis evadet.

Medela -

Tria medelae momenta

1) ad causas -

2) ad constitutionem aegri quae nunc praesto est -

3) ad

3) ad effusum serum in cerebrum.

Quoad causas - varia erit, pro varia causa -

1) Si nimia actio vasorum cerebri, nimia efficacia vis vitalis in cerebro in culpa est, haec imminuenda erit. Quae indicatio obtinetur dum causam remotiorem removeas, e. g. vermes, si qui exstant - si nulla datur, aut percipitur, remedia adhibenda erunt, quae, dum alio in loco efficaciam vis vitae excitant, in loco affecto eam imminuent - cantharides et s. p. Si simul affluxus nimius humorum versus caput praesto est, remedia derivantia indicantur.

2) Si debilitas et laxitas topica vasorum cerebri adest, ea causa, quae majorem humorum copiam ad caput excitat, debellanda est. Nam debilitas ipsa difficiliter removenda esset.

3) Si causa tertia, quae supra memorata est, comprimens quid, vasorum revehentium functiones impedit, nulla medela esse videtur, nisi eam velis, quae antea derivandi et in vicinia capitis irritandi ergo commendata fuit, vel quam resolutioni tumorum truncos lymphaticos comprimendum vel alio modo referantium adaptares.

Con-

Constitutio fere his allatis causis determinatur. Effusio humoris ferofi in cerebrum praebet indicationem - remotionem hujus corporis delicti - itaque requiritur, vt, si qua effusio feri adhuc succedit, haec impediatur; et vt effusi humoris resorptio instituitur.

Prima iisdem remediis obtinetur, quae causas recensitas varias removent.

Posterior vero vult:

- 1) vt augeatur vis resorbens vasorum Lymphaticorum cerebri
- 2) vt excitetur resorbendi vis reliquorum vasorum totius systematis lymphatici.

In hoc posteriori casu, ea quae in hydropse in vniversum sumto in vsum vocanda adhibentur, essent, diuretica et forsitan mercurius eo tam praecclaros et eminentes edit effectus in hoc morbo, quia se - et - excretiones omnes promouet. At tamen omnino et alio modo agere potest, nempe in vim vitalem ea gaudere potest efficacia, vt ejus ope mala istius affectio, quae in hoc morbo praesto est, eumque forsitan inducit, auferatur.

Quibus

Quibus brevi expositis, ratio patebit, quando irritantia, sedantia, antispasmodica, roborantia et si p. porrigenda sint; curque mox opium, mox vinum, mox mercurius et alia hujus vel illius generis medicamenta subinde levamen tulerint miseris hoc morbo laborantibus.

Liceat nunc adhuc aliquos exhibere atque in medium proferre casus, qui ea quae de hoc morbo hucusque fusius differuimus, comprobare atque confirmare valent.

Exempla, quae proponuntur ex QVIN*) sumpta sunt.

I.

N. N. puer septem annos natus serophulas passus a tribus jam annis dolore capitis vehementi cruciabatur; quo in tempore caput ad magnitudinem capitis adulti hominis increvit — sensim sensimque femora ita contrahebantur vt ea non amplius extendere

*) Abhandlung über die Wasserfucht, durch praktische Fälle erläutert; nebst Bemerkungen über den Gebrauch und die Wirkungen des rothen Fingerhuts in verschiedenen Arten der Wasserfucht. Aus dem Englischen übersetzt und mit Anmerkungen begleitet, von Dr. CHR. FR. MICHAELIS. gr. 8. Leipzig 1792.

tendere potuerit aegrotus — spina dorsi incurvabatur, caput retrorsum flectebatur, ac si tetanum, opisthotonum pateretur. Facultates animi imminuebantur, loquela difficilis et balbutiens evasit. Cum primum vidi aegrotum, oculi mucro obducti fuerunt, pulsus ita celer, vt numerari nequiverit. Die sequente supremum subiit diem aegrotus. Integumentis capitis et periosteo externo desumptis, suturae cranii diductae apparuerunt. Qua diductione ossa cranii tenuissima facta sunt. Dura matre aperta humor ferofus prodiit, qui inter eam et cerebrum situs fuit, cerebri vasa perquam turgida. Ex cerebri ventriculo sinistro libra vna humoris ferofi, aquae purissimae quam simillimi effluit, cui lobus cerebri dexter insidebat, ejusque ventriculus humore plane vacuus — ambo ventriculi communicationem inierunt. Stupiditas atque coma per totum morbum defuerant, appetitu aequo bono ac in statu sano, durante morbo, semper fruebatur aegrotus.

II.

Infans trium annorum, qui alimentorum parum assumserat, ex aliquo tempore in statu soporoso versabatur. Caput ter magnitudinem illius infantis hujus aetatis superabat. Aegroti mortuo, capite aperto, ferme libra vna aquae pellucidae promanavit. Membranarum et nervorum fere nulla species.

Cranium

Cranium nondum formatum, ossificationis vix initia
aderant, quo apparet, morbum jam dudum ortum
duxisse.

Ex Odier *)

Observatio.

Aestate anni 1775. ad puellam annos octo na-
tam accersitus, quae tumore quasi saccato, circum-
scripto, mobili, indolente, magnitudinis nucis Mo-
sch. sub cute antibrachii sedente laborabat. Em-
plastrum ammoniacale Lond. cum Mercurio appli-
cabam, quod intra duos dies Erysipelas et tumo-
rem, totum antibracchium occupantem, excitabat.
Quo facto loco Emplastri totum brachium cataplas-
mate ex mica panis in vino rubro cocta tegere, et
aqua sclopetaria humectare iussi. Erysipelate, tu-
moreque per aliquot dies perdurantibus, febris
vehemens oriebatur et magnae et rubescentes pete-
chiae, pustulis intermixtae, ex omni fere corpore
prorumpbant. Venaesectio semel iterumque in-
stituta regimenque antiphlogisticum omnia haec sym-
ptomata vnius hebdomadis decursu propulerant; ae-
grotaque sine cutis desquamatione restituta vide-
batur. Tumor ipse saccatus evanuerat. Post tres
vero


*) Medicinisch - chirurgische Abhandlung über die
Wasserfucht der Gehirnkammern; — aus dem
Französischen. 8. Leipzig 1785.

vero aut quatuor menses sub hyemis initio, omne corpus intumuit, anasarca oriebatur, vrina pauca, turbida, cum sedimento. Acetum squilliticum quod praescriptum naturae averfabatur, nauseam et vomitum efficiebat. Vix ad alia remedia confugeram, cum subito sensus amitteret, convulsionesque musculorum oculorum, faciei et extremitatum, dextri praecipue lateris pateretur. Hic status duas fere horas durabat, quibus elapsis convulsiones remittebant, sensusque redibant; sed nunc continuo de dolore capitis vehementissimo querebatur, totumque latus dextrum paralyti erat affectum. Subito oculi omnem erga lucem sensibilitatem amiserunt, pupilla ampla, regulariter non contrahebatur, sed tremore convulsivo movebatur. Anasarcae nullum vestigium, pulsus tardus et irregularis. Qua ratione extra omnem positum videbatur dubitationem, magnam feri copiam in cerebro esse effusam. Igitur vesicatorium regioni nuchae applicare, cataracticum ex Jalapp. Magnes. et Mercur. dulc. sumere iussi. Frequentes sunt secutae excretiones per alvum; vesicatorium magnam feri copiam excrevit. Symptomata vero manebant eadem sequenteque mane paroxismus convulsivus rediit, levior tamen et per brevius temporis spatium durans. Vrinae secretio plane suppressa videbatur, quapropter statim mixturam ex salis tartari ℥ij aceto saturatis in usum

— o —


vsūm vocavi, copiosūm vrinae sequebatur profusivium et convulsiones plane evanuerant; atque symptomata ab effusione feri mitiora evasisse videbantur. Die sequente catharticum, tertioque mixturam citatam repetebam, talique modo per octo dies, vesicatoriis interea renovatis, pergebam. Paralysis sensim sensimque decrevit, oculi rursus sensibiles, nullus capitis dolor, pulsus naturalis, regularis, minusque tardus. Sicut symptomata ab effusione feri decrescebant, anasarca rediit, atque ad eundem ut antea gradum ascendit. Vsu mixturae salinae per tres fere hebdomades felici successu continuato, anasarca plane evanuit. Per omnem hyemen parentes ab aere frigido puellam defendebant, et sic in sanitatem evasit restituta.

—



Farbkarte #13

B.I.G.



QVISITIO
DE
OCEPHALO
TERNO.

VAM LOCO
S INAVGVRALIS MEDICAE
RAESIDE
RID. MECKEL,
D. ET ANAT. ORDIN.
ALICI ET COMITATVS
FELD. PHYSICO ETC.

FEBR. MDCCXCIII.
ICE DEFENDET
A. S. SCHELLER,
TO - LENZBURGENSIS.

HALAE,
CHRISTIAN. HENDELII.

1793

5
2

